

Philippus accusat: quod largitione beniuolentiam macedonum constetur.

Quod te malum inquit rationis in ista spe induxit: ut eos tibi fideles putares fore: quos pecunia corrupisses. Tuum id agis ut Macedones non te regem suum sed ministrum et prebitorem putent, quod sordidum regi melius etiam quam largitione corruptelam dixit esse.

Multi enim patrimonium effuderunt inconsulte largiendo.

Quid autem est stultius quam quod libenter facias curare ut id diutius facere non possis.

Atque etiam sequuntur largitione rapine. Cum enim dando eger ceperunt: alienis bonis manus afferre coguntur. Ita cum beniuolentiae comperade causa benefici esse uelint: non tanta studia assequuntur eorum quibus dederunt: quanta odia eorum quibus ademerunt.

Quod obrem nec ita claudenda est res familiaris ut eam benignitas aperire non possit: nec ita referenda ut pateat omnibus.

Modus adhibeatur. usque referatur ad facultates. Oportet enim meminisse debemus: id quod a nostris hominibus sepius usurpatum iamque impro-